

19. **MICETIUS** (S.).  
 20. **TERNATIUS** (S.).  
 21. **GERVASIO** (S.).  
 22. **CLAUDIUS** (S.).  
 23. **ABRO**. Hic magnae abstinentiae fuit, pro qua episcopatum obtinuit.  
 24. **GUADALBERTUS**.  
 25. **EVRARDUS**.  
 26. **AURULEUS**.  
 27. **ERVEUS**.  
 28. **GEDEON** (S.).  
 29. **BERNO NUS**. Hic aedificavit ecclesiam sancti Joannis Evangeliste.  
 30. **AMALWINUS**.  
 31. **ARDEUCHUS**. Iste acquisivit ecclesie sancti Stephani ad luminaria concinnandam, salarium Ledonis, de manu Clotarii, nepotis Caroli regis. Abbatiam vero de Bergill, et Toloneum Bisuntii, obtinuit a rege Carolo.

- A** 32. **THEODORICUS**. Per hunc restituit Zuentebolus rex ecclesie sancti Stephani villam Pauliaci.  
 33. **BERENGARIUS**. Iste fuit nepos Theoderici, cui successit in archiepiscopatum; raptus et intronizatus communis electione, ante altare sancti Stephani, cuius erat canonicus. Sed propter Haquinum haereticum excæcatus. Vicarium habuit in officio pontificali, Stephanum, Belicensem episcopum.  
 34. **GIRFREDUS**.  
 35. **GUIDO**.  
 36. **GRICHARDUS**.  
 37. **LEOTOLDUS**.  
 48. **HECTOR**.  
 59. **GUALTERIUS**. Hic iterum coepit redificare ecclesiam sancti Stephani, ad modum Romanae ecclesie sancti Petri.  
 40. **ILUO**. Iste consummavit, sed multum retrahit.

ANNO DOMINI DCXXV.

**BONIFACIUS V,**

ROMANUS PONTIFEX.

**NOTITIA HISTORICA IN BONIFACIUM PAPAM V.**

(Ex libro Pontificali Ed. Blanch., t. IV.)

• Bonifacius, natione Campanus, <sup>b</sup> de civitate Neapoli, <sup>c</sup> sedit annos quinque, dies tredecim. <sup>d</sup> Hic constituit ut testamentum valeat secundum jussionem principis. • Hic constituit ut nullus trahatur de ecclesia. <sup>e</sup> Hic constituit ut acolythus non presumat reliquias sanctorum martyrum levare, <sup>f</sup> nisi presbyter. <sup>g</sup> Hic constituit ut in Lateranis acolythus non baptizaret cum diacono, <sup>i</sup> sed subdiaconi sequentes. <sup>j</sup> Hic perfecit coemeterium sancti Nicodemi, et dedicavit illud. Erat enim beatissimus Bonifacius misericordissimus super omnes homines, et misericors. Illic clernum amavit, rogam integrum clero suo dedit. Eodem tempore ante dies ordinationis ejus Eleutherius

• **Bonifacius**. — 1. Decima quarta, vel, secundum aliam lectionem, 24 mensis Decembbris, anno Domini 617, post interregnum unius mensis, et sex vel sexdecim dierum, Bonifacius ejus nominis quintus, patria Neapolitanus, creatus est pontifex. Hujus temporibus vixit Mahometes Arabus, pseudoprophetæ, pestis orbis terrarum, a quo Mahumetanorum secta originem cepit. Qui ut omnes populos in suam sectam attraheret, ex cunctis ferme seculis aliquid adscivit: ex Judæis circumcisōnem, unius Dei cultum, et abstinentiam a carne suilla; ex Christianis Christum; sed cum Arianis creatum, cum Nestorians purum hominem, cum Manichæis non vere, sed tantum appareret crucifixum; ex gentilibus cultum lunæ, seu alicuius astri. Legem quam proposuit stultissimam, armis propagandam esse docuit, eamque disputationibus examinari prohibuit. Vide Dama:cennum, de Hæresibus; Theophanem et Cedrenum, in Heracio; Baronium, anno 650. BN. et LAB.

— 2. Sedit vacationem a sancti Deusdediti depositione recte Anastasii Cod. vulgatus, et plerique alii Codd., tam mss. quam editi, definiunt unius mensis, ac dierum xvi, licet nonnulli, ut duo Freheriani cum Farensi Catalogo habeant, præter mensem in hoc omissum, dies xiii. Regius et Thuanus m. i. d. xv. Thuanusque alter dies tantum xvi. Ratio autem cur

patricius, et eunuchus factus intara assumpsit regnum, et veniente eo ad civitatem Romanam, <sup>k</sup> in castrum quod dicitur Luceolis, ibidem Amites Ravennatis intersectus est. Cujus caput ductum est Constantinopolim ad piissimum principem. <sup>l</sup> Qui defunctus sepultus est ad beatum Petrum apostolum, die vigesima quinta mensis Octobris. Illic dimisi omni clero obsequia sua rogam unam integrum. Illic fecit ordinaciones duas per mensem <sup>m</sup> Decembrem, presbyteros viginti septem, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca <sup>n</sup> numero viginti novem. <sup>o</sup> Et cessavit episcopatus menses sex, dies xviii.

sedes tam brevi spatio vacaverit, aperta est: Heraclius, unde jussio petenda, a Persis, qui ejus legatos male habitos carceribus vincitos detinebant, affligebatur; ubi CP. fame ac peste laborabat; Eleutherius exarchus, occasione non abutens, tum Cesaris mirum in modum afflicti, tum interpontifici, tyrannidem capessiverat, quare a Raveonatibus obturatus erat. Roma interim elephantiaca lue paulo ante orta gliscente lacerabatur. Gravibus his de causis non petit, nec exspectata jussio videtur. Hinc est quod præter laudatos Codd. et Catalogos, Hermannus Contract., Marian. Schot., et Sigebertus, creationem Bonifacii quinti constituant anno 618, et ita vacationem non diurnam suisse intelligunt. D. nique octavi seculi scriptor Beda sue Hist. Angl. lib. II, c. 7: **Bonifacius**, ait, qui post Deusdedit Ecclesiæ præfuit anno Incarnationis Dominicæ sexcentesimo decimo octavo. Hunc quidem locum, imo totam eam Bedæ Editionem, qua usus est Baronius, depravatam esse vult Pagius, suadetque ad Chiffletianam et Cantabrigensem recurrentem, quæ habent nono decimo. At bona cuin venia eruditissimi viri plures Bedæ Editiones diligenter inspexi, Basileensem antiquam 1563, Antuerpiensem curis Gravii excusam Coloniam Agrippinæ 1612, aliquaque ibidem editam omnium castigatissimam 1688, ubique autem inveni

annum 618, majoremque iis fidem adhibere malui cum tot Codd. et Catalogis Anast. consentientibus, quam laudatis duabus arbitrio recentiorum emendatis, presertim Chiffletiano conatui Bedam cum Fredegario concilianti.

Antonio autem Pagio haec arrident: quare antiquorum quinque Catalogorum e septem in Crit. Bar. exhibitis, scriptorumque gravissimorum auctoritate posthabita, sextum catalogum seculo duodecimo exente descriptum, qui habet: *Vac. sed. an. 1, d. vi, p. aliis omnibus amplexus, cum spatium id temporis inter pontificum post Deusdedit non implat, dies quadraginta e suis thecis educit, assecuturus diem ordinationis Bonifacii V, quam ejusdem Bonifacii sedes certa, certumque principium Honorii extra diem Dominicam 23 Decembris anni praedicti 619 non esse protrahendam ei suaserunt.*

Negare non ausim me abruptum fere esse in conjecturam Pagii, cum vidi annum solidum inter Deusdedit et Honorium, ne tota chronologia pessimeat, adjungi oportere. Hunc vero addi cum Baronio non debere Bonifaci sedi palam faciunt Codd. praestantissimi Farnesianus et Ambrosianus 3 (ceteris aut silentibus, aut depravatum vulgati locum indicantibus, dum pro diebus xiii habent x) necnon catalogus 2 Mabill., qui omnes concinunt cuin epiphadio, antquam Bonifacius tumulatur, descripto (Bar., t. XII, append. ad tom. VII; Aringh., Rom. sub. lib. II, c. 8) qui ita habet:

Culmen apostolicum quoque, et bis mensibus, annis Rexit, et ad magui culmen honoris abit.

Sedit nempe Bonifacius, juxta Papebrochii, Pagii, atque eruditorum omnium interpretationem, annos quinque, menses decem. Quare alterutri ex inter pontificiis aut post Deusdedit, aut post Bonifacium V necessario eum annum addendum agnovi. Cur autem ab erudito Pagio discesserim, dum nullo cum Anastasio chronologiam detrimento malui post Bonifacium adjungere, causa fuerunt tum allatae auctoritates, quibus nititur ordinatio Bonifacii, tum angustiae temporis inter hujus mortem, et ordinationem Honori, quae perperam dilata a Pagio esse Bonifacii primordia palam faciunt, ut dicam in Honorio. Huc accedunt causae non per memoratae, quibus multo etiam minores negligendam imperialem jussionem suaserunt in Pelagi II consecratione (Anast., t. III, pag. 30).

Ceterum potissima ratio, que movit Pagium, sunt epistole duas Bonifacii ad Nordanhumborum regem Eduinum, et uxorem eius Edelburgam, quas recitat Beda post ordinationem sancti Paulini primi Eboracensis episcopi. Hunc siquidem ordinatum esse ait xii Kal. Aug., seu 21 Jul. anni 625 (Lib. II Hist. Angl., cap. 9) et ne forte errorem quis putet, nam in Epitome annus legitur 622, tum facit Paulini mors ab eodem Beda vi Idus, seu 10 Octobris anni 644, consignata (Lib. III, cap. 14), cum tenuisset, ante, episcopatum annos xix, m. II, d. xxii; qua quidem chronologia nil recipi desiderari potest; D tum presertim ordinatio eadem Paulini ab archiepiscopo Dorovernensi Justo peracta, qui successit Mellito al superos revocato anno 624, VIII. Kalend. Maii, neque antea, dum Rhensem administrabat Ecclesiam ordinandi episcopos facultatem obtinebat. Verum, quanquam constet de ordinatione Paulini, haud tamen necesse habenus Bonifacii epistolaram etiam post ordinationem differre, cum nulla temporis nota ad id cogamur. Bedam siquidem conueisse quae ad eamdem rem pertinenter enarrare, nulla temporum ratione habita, ex eodem discimus pluribus in locis historiae Anglorum, ut p. aliis sunt exemplo capita 17 et 18, libri II, ubi prius legere est missum pallium Honori Dorovernensi archiepiscopo, quam Justi mors referatur, cui succedit Honorus. Hinc est, quod binas eas litteras dedisse Bonifacium antequam Edelburga, et cum ea Paulinus proficiscoarentur Eboracum pro certo habemus. Quae cuim omnia in iis continentur, par nun-

A lios ultra citroque missos acta erant, ut legenti palam sint; neque ullus ego dubito quin exhortatoria ad Eduinum, et epistola ad Edelburgam a piissimo rege fratre eius Eadbaldo sollicite curatae sint, dum interim agebatur de nuptiis, de mittendo comitatu Edelburge catholico, et de ordinando Nordanhumborum genti episcopo, ut exhortatoriam ad Eduinum secum ferrent; in ea siquidem nullum de sancto Paulino, imo ne de episcopo quidem verbum occurrit, at sola evangelica praedicatio memoratur. Præterquam quod chronologiam antiquissimi scriptoris Bedæ, qui centum amplius annis, postquam evenerunt, haec litteris mandabat, non video cur aliis omnibus præferendam existimem; imo eadem mihi valde suspiciosa est. Enimvero narrat Beda, eodem cap. 9, nocte sancti Paschatis anni 626, quod incidit in diem 20 Aprili, natam esse Edelburgæ filiam Eansledam. Quid? die 21 Jul. anni superioris ordinatur Paulinus, qui Edelburgam ducat? Doroverno Eboracum proficiscendum adhuc est; susceptum deinde est iter certe non paucorum dierum ab ipsa Edelburga cum novo episcopo et regio omni comitatu; eademque sequenti anno, die 20 Aprilis eniit Eansl-dam, novem haud dum mensibus evolutis? Credite, posteri.

Quamobrem ne tot undique angustiis pressi absurdum affirmemus annum inter pontificii post Bonifacium rejicimus, et chronologiam ejusdem pontificis cum Anastasio sic digerimus. Deposito apud sanctum Petrum sancto Deusdedit, die 8 Novembris anni 618, post inter pontificium unius mensis ac dierum XVI, die 24 Decembris praedicti anni, quam A. lit. dom. incidisse in Dominicam ostendit, ordinatur successor Bonifacium V, qui grassante scabierum lue ovis suas quotidie turpiter pereunt solaretur. Hic vero, postquam sedit annos quinque, ac menses IV, mortem occubuit die 24 Octobris, anni 624, ac die posteri ad sanctum Petrum est depositus, ut recte Anastasio codd. tum editi, tum m.s. testantur. Ejus C autem morte in inter pontificium maximie diuturnum exceptit, ut dicam in Honorio. CENUS.

— 3. *Bonifacius*, natione Campanus, patria Neapolitanus, ex patre Joanne Fummino, nonus papa regnico. Imperatore Flavio Heraclio, sedet annos quinque, menses decem, consecratus VIII Kal. Januarii, ineunte anno Domini 617. Per haec tempora scripsit Bonifacius Eduino regi Anglorum, et Edelburgæ reginæ, plurimum rogans ut ab idolis, et romane cultu subditos sibi populos arcerent. Quarum litterarum exemplum, quibus Bonifacius præfatur se episcopum servum servorum Dei, exstat apud Bedam lib. II ecclesiastica Historia gentis sue. CIACONIUS.

— 4. *De civitate Neapoli*. Cod. Vallic. : *de civitate Neapoli, ex patre Joanne, sedit annos v, dies x. Fuit autem milissimus, benignus, humilis, mitis [hac vox abundat], atque misericors. Hic constituit ut nullus trahatur de ecclesia et ut acolythus non pr. BLANCH.*

— 5. *Sedit annos v, menses x. BLANCH.*

— 6. *Hic constituit, ut testamentum valeat secundum jussionem principis. — 1. Decreto Bonifacii V sanctum, ut testamento condita secundum jussionem principis, id est, secundum leges, valeant. ALTA SERRA.*

— 7. *Ut testamentum valeat secundum jussionem principis. Cur id constituerit Bonifacius, quam de testamentis legem, quemve principem respexerit horum quisquis est gestorum auctor, mibi certo non constat. An Romanas leges veterum principum, an recentem aliquam ab Heraclio imperatore ea de re promulgata? Neutrum profecto. Quippe et Romano jure cives ad unum omnes indubitanter regebantur in scribendis heredibus, et nullo vade, ratione nulla quis affirmaverit, novas de testamentis leges hoc tempore ab imp. Heraclio suis conditas. An vero dubitatum fuerat utrum testamento juxta principia leges scripta consistent, ut, ea consistere pontifex*

Prescribere debuerit? Nihil minus. Forte arbitramur potius Bonifacium ad jura Langobardica animum intendisse, factumque ex illis testamentum declarasse validum? Sed quid hoc tempore Romanis cum Langobardico jure, qui a Greecis imperatoribus, et exarcho Ravennatensi solis Romanis legibus regebantur? Accedit, quod nullum jus scriptum apud Langobardos usque ad ann. 643 evulgatum est, quo Rotharis rex edictum suum vulgavit, ubi ann. 157 et seqq. nonnulla de testamentis decernit, anno, inquam, 613, vel 644. Nam cum, ex Paulo Diac., edictum Rotharis prodierit ann. 77 regni Langobardici, atque ex ejus chronologia, quain strustra Pagi in Crit. auctoritate Segeberi decurrit, ab ann. 568 regnarint Alboin ann. III, m. VII, Cleph. ann. I, menses VI, et post interregnum ann. X, Authari, ann. VI, Agilulphus XXV, Adaloaldus X, et Arioaldus XII, postea Rotharis; hujus electio incidit in ann. 636, regni autem Langobard. 68. Quamobrem qui supersunt VIII anni usque ad 76 completum, erant anni ipsius Rothari concurrentes cum inductione 2. Quos characteres continet ipse prologus edicti. Itaque non tanti est unum aut alterum diploma Bullarii Cassinensis, quanti visum est Pagio, ad annum 626, ut narrationem Pauli Diac. distinguens tempora Adaloaldi, et Arioaldi, evertere possit, atque insuper cogat edicto regio manus inferre, et pro regni mei octavo, legere decimoctavo. Ille cum viderit A. Muratorius in præf. ad Leges Langob., tom. I, part. II, Rer. Ital., nescio cur edicti promulgationem revocaret ad annum 638, reppnante epocha regni Langobardici, quam Paulus Diac., et ipsum edictum regium cum unius tantum anni discrimine consignant. Sed haec obiter. Ad rem nostram. Cum istiusmodi leges integris XVIII annis post obitum Bonifacii V prodierint, ad eas haudquaque pontifex respexit. Aut igitur auctor Gestorum pontificium parachronismo iterum laborat, et decretum alterius et successoribus pontificibus affligit Bonifacio (quippe contigit postea ut jus Langobardicum perinde ac Romanum in universa prorsus Italia obtineret; qua tempestate nihil ambigo, similes declarationes a pontificibus emititi potuisse); aut si Anastasio fidei plane suam constare malis, opinari divinando possumus, inter consuetudines quibus unice ad Rotharim usque Langobardi usi sunt pro legibus, eam a pontifice suis probatam, quam in condendis testamentis adhibebant; sive etiam de iis peculiariem legem aliquam suis et Italie populis suis ab Agilulpho, vel Adaloaldo vulgatam, quam, fluctuantibus animis inter Romana et nova haec jura, pontifex suo decreto firmavit, quatenus in iis metu locis certes suas agentibus Langobardis, ubi patrimonium sancti Petri erat, si testamenta ex illorum moribus legibusve fierent, firmata recognitione regii cancellarii, valerent. Ille usus recognitionis specimina occurruunt in charta donationis a Beringario factæ apud Bacchinum, et explorata res est in diplomatis a Baronio, Mabilionio, aliisque in lucem editis. Quæ harum expositionum verior sit non ego dijudicare. Alterum esto arbitrium. BENCINUS.

<sup>4</sup> Hic constituit ut nullus trahatur de ecclesia. Decreto Bonifacii V est, ne quis per vim extrahatur de ecclesia. Idem ante sancitum constitutione Theodosii, l. III, c. de his qui ad eccles. confug. Aug. in psalm. CXLIX: Tales compedes consolidant vobis et episcopi manus. Nunquid non fugiant in ecclesiam compediti, et solvuntur hic? ALTASERRA.

<sup>5</sup> Hic constituit ut acolythus non præsumat reliquias sanctorum martyrum levare, nisi presbyter. Decreto Bonifacii est, ne acolytho licet reliquias martyrum gestare, sed tantum presbytero. Tamen diaconorum ministerium sicut sanctorum reliquias diebus solemnibus ante episcopum præferre (Conc. Brachar. III, can. 5). ALTASERRA.

<sup>6</sup> Nisi presbyter. Cod. Vallic. : nisi presbyter; et ut in Lateranis acolythus non bapt. BLANCH.

<sup>7</sup> Hic constituit ut in Lateranis acolythus non bapti-

A zaret cum diacono, sed subdiaconi sequentes. Diaconorum erat baptizare, ut presbyterorum. Tertull., de Baptism., cap. 17: Dandi quidem habet jus summus sacerdos, qui est episcopus; deinceps presbyteri, et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem. Hieronym. ad Luciferian.: Non quidem abnuo hauc esse Ecclesiæ consuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus, per presbyteros et diaconos baptizati sunt, episcopus ad invocationem sancti Spiritus manum impositurus excurrat. Bonifaci decretum singulare fuit, ne ut in Lateranensi basilica diaconus baptizaret cum acolytho, sed cum subdiacono. ALTASERRA.

<sup>8</sup> Sed subdiaconus. — 1. Cod. Vallic., sed subdiaconus [Lege subdiaconi] sequentes. Illic constituit ut testamentum valeat secundum iussionem principis. Hic perfecit cœmeterium [Cod., cimiterium] sanctæ [Leg. sancti] Nicomediæ, et dedicavit illud. Hic clerum amat et rogam integrum clero suo dedit. Ante diem ordinationis ejus Eleutherius patricius et exarchus factus Antara [In margine notatur Antara quasi Ἀντάρης, sive lege Antara] assumpsit regnum, et veniens a civitate Romana in castrum quod dicitur Luciolis, ibidem a milibus Ravennatis interfactus est. Caput est ductum Constantinop. ad p̄iuss. pri-cip. Qui beatissimus papa defunctus, sepultus est ad beatum Petrum apostolum, et divisit omni clero, pro obsequiis suis rogati unam integrum. Qui fecit ordinationes, etc. BLANCH.

— 2. Subdiaconi sequentes. Hi, scilicet, qui diaconos in ministerio sequebantur. Nam eum E. C. diaconus baptizabat, non acolythi aliive, sed subdiaconi inserviebant sacram operanti. BENCINUS.

<sup>9</sup> Hic perfecit cœmeterium sancti Nicomediæ. Id est in ampliore formam rediget sancti Nicomedi cœmeterium, quod non via Ardeatina, ut scripsit Unuprius in cœmeteriorum Catalogo, sed Numentana, prope Urbis moenia situm esse, inter Romæ subterraneæ scriptores satis convenit. Ibidem etiam erat ecclesia sancti Nicomediæ, quam vetustate latissimum Hadrianus primus, ut refert Anastasius, infra, renovavit. Sed temporum injuria ita solo æquata est, ut nostra aetate vir parientine illius sint conspicue. Ad cœmeterium vero quod attinet, cum ante Bossum esset ignotum, Bosius illud primo detexit anno 1601, prope Urbis moenia, via Numentana, complevitque tres aut quatuor viarum semitas, totidemque cubicula. MAFEUS.

<sup>10</sup> In castrum. — 1. Ejusdem meminit Anat. in Gregor. ALTASERRA.

— 2. Cod. Farnes. : In castrum qui dicitur Luceolis, ibidem a milites Ravennates interfactus est; cuius caput, etc. Quo defuncto, sepultus est. BLANCH.

<sup>11</sup> Qui defunctus sepultus est. Postquam eas in Anglia litteras misit Bonifacius, dici superstes non fuit; endem enim anno sexcentesimo vigesimo quinto, die vigesima secunda Octobris, supremum diem obiit, et, ut habet Anastasius, sepultus est ad beatum Petrum apostolum die vigesimo quinto mensis Octobris, postquam sedisset annos quinque, menses decem, ut habent Gofridus Viterbiensis in Chronico, Luitprandus, Catalogus nominum apostolicorum, Codex ms. Anastasii, Colbertinus et quatuor ex Catalogis Critice Baroniana præfixis, et quod rem extra dubium ponit ejus epitaphium a Baronio recitatum, quod duobus his versibus clauditur :

Culmen apostolicum quinque et bis mensibus, annis Rexit, et ad magno culmen honoris abiit.

PACIUS

<sup>12</sup> Decembrem. Cod. Vallic. : Decembri; presbyteros XXVI. BLANCH.

<sup>13</sup> Numero. Vox numero deest in Cod. Vallic. BLANCH.

<sup>14</sup> Et cessavit.... dies XVIII. Cod. Farnes. : Et cessavit episcopatus dies XII. BLANCH.

<sup>15</sup> Episcopatus menses VI. Cod. Vallic. : Episcopatus dies XIII. BLANCH.